

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Evsebii Nierembergii Vita Divina, Sev Via
Regia Ad Perfectionem**

Nieremberg, Juan Eusebio

Antverpiae, 1644

Serenissimo Principi Philippo Gvilielmo Comiti Palatino Rheni, Bavariæ,
Ivliæ Cliviæ, Et Montivm Dvci, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46802](#)

SERENISSIMO PRINCIPI
PHILIPPO
GUILIELMO
COMITI PALATINO RHENI,
BAVARIÆ , IVLIÆ , CLIVIÆ,
E T
MONTIVM DVCI , &c.

DOMINO meo Clementissimo.



Vspicatissimis Nu-
ptiis Tuis gratulan-
tium Populorum, &
Provinciarum æstus
ubi paulisper deferbuit, PRIN-
CEPS SERENISSIME ; mihi
quoque, ab Humanitate Tuâ,
aditum ad Tepolliceri audeo,
& addictissimæ Tibi mentis

* 2 Inter-

EPISTOLA

rum vestigiis , Heroo pede &
pectore , fortiter insitentem.
Eorum hoc loci Syllabum ne-
mo exspectabit: Serenissimum
quin etiam Parentem , Ex-
mium Societatis Benefactorē
ac Patronum , pluriumque
Collegiorum Munificentissi-
mum Fundatorem , silentio
nunc meo venerabor , unam
unicam nominasse contentus,
sed multis de millibus unam,
Tuámne dicam , an Patriæ,
Pauperum , & Bonorum om-
nium Matrem? illam virtute
propriâ, quām Consanguineis
Agnatisque, quantumvis am-
plissimis , Titulis multò illu-
striorem, SERENISSIMAM,in-
quam , MAGDALENAM, de
quā sacrum istud Regis Opti-
mi

DEDICATORIA.

mi Elogium meo identidem
obversatur animo , pulcher-
rima, nisi me amor fallit, Co-
ronis egregiorum Operum,
quæ Immortalitate & Annali-
bus digna, edidit propè innu-
mera: *Memoria ejus incomposi-*
tionem odoris facta opus pigmen-
tarii. In omni ore, quasi mel, indul-
cabitur ejus memoria, & ut Musi-
ca, in convivio vini. (a) Famam
ipsum & Veritatem appello, si
quid hîc augeam. Quotquot
Heroidem illam novêre pro-
piùs, iis minùs potiùs , quàm
pro meritis ipsius, dixisse vide-
bor : reliqui obstupescent,
scio, cùm audient (id quod li-
teris Scriptoribusque testatis

* 4 simis

a Ecclesiastici 49. v. 1. & 2. de Iosia, Rege
Iuda, Principe laudatissimo.

EPIST. DEDICAT.

cum SERENISSIMA CON-
IVGE, diutissimè servet, tuea-
tur & sospitet, dum Filios vi-
deatis ac Nepotes, utrique Pa-
renti quam simillimos, qui Vos
Vobis, laudesque Vestras, &
facta illustria (quibus Cala-
mus iste succumberet) vivis
olim verisque coloribus repræ-
sentent ! SERENITATIBVS
VESTRIS Socieratem no-
stram omnem, meque unà &
meos, submississimè commen-
do. Monasterii , Westphalo-
rum metropoli, pridie ejus diei,
quo in celum ascendentis Dei-
paræ memoria colitur . Anno
Christiano . MDCCLIII.

SERENITATIS TVÆ

iufimus cliens

MARTINVS SIBENIVS

è Societate Iesu.